Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26458
Copyright: Admont, Benediktinerstift



197

sit penitentie fructus ostendit. cum angelis dei in celo gaudium
esse super uno peccatore penitentiam agente dicit. Unde iob loquitur.
postquam diuinis cinctus flagellis ipsius dei collocutione dignus
efficitur. Auditu auris audiui te. nunc autem oculus meus uidet
te. iccirco ipse me reprehendo. Iago penitentiam in fauil
la. Cinere. Hanc ergo fortitudinem inuicte patientie
et indefesse penitentie ipse nobis dignetur conferre qui pro
nobis peccatoribus mortem crucis uoluit patienter sufferre.
Qui cum deo patre et spiritu sancto uiuit et regnat deus per infinita seculorum
secula. Amen.

Lectio sancti
Euangelii secundum Lucam.

Elysabeth impletum est tempus
pariendi. et peperit filium. Et audierunt
uicini et cognati eius. quia magnificauit dominus
misericordiam suam cum illa. et congratulabantur ei. Et factum
est in die octauo. uenerunt circumcidere puerum. et uocabant
eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater
eius dixit. Nequaquam. sed uocabitur Iohannes. Et dixerunt
ad illam. Quia nemo est in cognatione tua. qui uocetur
hoc nomine. Innuebant autem patri eius. quem uellet uocari
eum. Et postulans pugillarem. scripsit dicens. Iohannes est nomen
eius. Et mirati sunt uniuersi. Apertum est autem ilico os eius et lin
gua eius. et loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super omnes
uicinos eorum. et super omnia montana iudee diuulgaban
tur uerba hec. Et posuerunt omnes qui audierant in corde
suo dicentes. Quis putas puer iste erit. Etenim
manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius